



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 9011888X**

§. 16. Galliarum Regis victoriæ contra Hispanos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67406)

Sæc. XVII. nec Principum, nec subditorum crimina, impunita abire permittit, ne Principes subditorum tyranni evadant, & subditi Principum potentiam timere discant.

## §. XVI.

*Galliarum Regis victoriæ contra Hispanos.*

*Jæger. Hist. Eccl. l. I. cap. 2. Calmet hist. Univ. l. 151.* Interim Ludovici XIII. Franciæ Regis exercitus, quos in variis Regionibus contra Hispanos eduxerat, vario Marte pugnabant; & quidem in Italia Honorius Grimaldus Monacensis Princeps, quod Hispani suæ arci & urbi pro arbitrio dominarentur, indignatus, clam cum Franciæ Rege conspirabat, excussoque Hispaniæ Regis obsequio, admittis Gallis Hispanos e suo Principatu expulit, in perfidiæ præmium a Gallo Rege titulo Ducis Valentiniæ honoratus. Paulopost Harcurtius Comes Cuneum urbem feliciter captam Sabaudinæ Duci restituit. In Flandria vero Melleraius Franciæ Marescallus Ariam urbem aggressus non sine cruenta oppugnatione illam die vigesima Julii deditione cepit, quam tamen Mense Decembri Hispani diuturna obsidione recuperarunt: Res melius successit in Catalonia Philippo Mottæ - Hodancurtio, quem



quem Franciæ Rex in Barcinonensium Sæc. XVII.  
 opem submiserat; postquam enim Ca- A. C. 1641.  
 taloni cives Marchionem Vellium, quem  
 Hispaniæ Rex cum valido agmine in re-  
 belles immisit, a Barcinonensi urbe tanto  
 furore repulerant, ut Hispani projectis  
 armis sese Tarraconem nuper deditione  
 captam præcipiti fuga recipere cogeren-  
 tur, mox Hodancurtius novis auctus  
 copiis Tarraconem obsidere cæpit, a  
 qua tamen obsidione per classem Hi-  
 spanam non sine clade & dedecore re-  
 pulsus, ex ipsa Martis frustratione ani-  
 mum redintegravit, atque in ditione  
 Ruscinonensi Canetum, Elnam, & Ar-  
 gillieriam cepit, Hispanosque hanc Pro-  
 vinciam e Castilia infestantes, diver-  
 sis præliis prospero Marte confertis  
 repressit.

## §. XVII.

*Belli inter Urbanum VIII. Papam,  
 & Ducem Parmensem exorti  
 initia.*

Post tot, tamque cruenta bella, qui- Palat. Vit.  
 bus Christianus Orbis tanto tem- Urb. VIII.  
 pore scæde lacerabatur, repente in ipsa pag. 558.  
 Romana urbe novi belli incendium e- Nam Hist.  
 rupit, Causa illius erat cupiditas, Venet. l. 12.  
 factusque Barberinorum Nepotum, qui pag. 563.  
 senescente Urbano Papa pro arbi-  
 trio, summoque Imperio in urbe domi-  
 naban-

Nn 5